Collegii Lubransciani [illegible]

ΕΠΙΚΡΟΤΗΣΕΙΣ

Illustrissimo & Reuerendissimo Domino,

D. HENRICO

à DABROWICA

FIRLEY,

Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ EPISCOPO Posnaniensi.

Virtutum heroicarum laude cumulatissimo,
Maximis Naturæ & ingenij dotibus præstantissimo,
Senatori amplissimo,
Patrono & Protectori Collegij LVBRANSCIANI Clementissimo.

Dum

In suum Episcopatum ritu & Pompâ Solenni ingredi deberet.

A

Studiosa Iuuentute Scholæ Pöeseos in perpetuum suæ summissionis testimonium.

Inter tot Faustas gratulationes instaurata.

POSNANIÆ, In Officina Ioannis Wolrabi,
Anno Domini. CIↃ IↃCXXXVI,

IN STEMMA
Illustrissimae Gentis FIRLEGIANAE.



Quid stas auratâ cinctus Leoparde coronâ?
Fors delubra premes Hæresis Vngue fero.

Matthias Ratułowski Stud. Grammat.

ODE
TRICOLOS TETRASTROPHOS.

IAM sol quadrigas, gurgite lucidas
Iubâ nitenti, miserat vuidos;
Pulchris, in axem astris coruscū
Ignibus, & rutilantem Olympi
Creatus & ros nubibus hispidis,
Per arua campi exaruit herbidi:
Matura, in aruis stans arista,
Intremuit cumulo & manipli.
Clangens Bubulci fistula prouidi,
Dulces peritè percrepuit sonos,
Pingues iuuencæ, vir gregisq;
Gramina, dente totondit vnco.
Vartæ pedes, cum littora vitreæ,
Gressus mouerem: sollicitus vagæ
Mentis procellas, quo fugarem;
Lætitiam coleremq; amænam.
Defessus olim, nam studiis manens
Obliuiosis; prodigus improbi
Laboris, æquè & pertinacis,
Hoc graue nisus eram leuare
Onus: Camænis Aoniis mihi
Voto benignis, interea suam
Sistentibus venâ sagaci,
Flexanimam melicamq; Musam.

Et ecce mirum vir ſenio grauis,
Num celſo Olympo lapſus, an editus
Terræ cauernis, diuidentis
Se in latera extenuata, rimis.
Legum recentis immemor hoſpitis,
Hæc ore promit; ſiccine telocus
Hic æquor apricum, virenſq;
Florigeris ſpatiis habebit?
Horas inanes ducis & ad tua
Quod ſpectet vltro negligis, otia?
Niſi quòd anxii, procellas
Pellere ſic cupias doloris.
Præſtat voluntas quo mea dirigat,
Mouere greſſus; turpia non ſtrigum
Videre ſpectra noxiarum:
Capripedes Satyros nec acres,
Quales vetuſtas, prodigialibus
Mentita dictis; aut Dryadas, nemus
Quarum virenti flore frondens,
Claruit imperio potentì:
Aut beatum coniugis additum
Sydus, coruſcanti ignibus ætheri:
Diſiecta Pentheiq; tecta
Legiferi exitium & Lycurgi.
Seu vellus, auri Colchide quod tulit
Iaſon, Medæa ſe comitante: ſeu
Nodo ligatam viperino
Biſtonidumq; iubam ferarum.

Almo videre at ftemmate, fi modò
Moram recufes, celfa palatia ;
Celebrium bello virorum.
Pulchra fedilia, Principumq́?
Vifus nec auris exfaciarier
Tum poffet, illic purpurei Patres
Quando curuli bus nitentes,
Ore ferunt Patriæ falutem.
Et cum locutus talia prægraui
Suadâ, popofcit verba dari fibi,
Vifumne fit, fuafit loquella
Quod fua; tum tremulus Volucri
Feruore mentis, per varias ferè
Vices oberrans dicere quid iuuet?
Hæfi: fed alto, cum gementem
Corde, fenex venerandus obtutū
Aduertit acri, fit fapientiâ
Vfus magiftrâ iudicij arbiter,
Me poffe non, fegnem ob timorem
Dicere: mellifluifq; mulfit.
Dictis verendus cor timidum & pauens,
Sua fitq; rurfus, fiat vt efficax,
Intendit effe quod proteruus.
Et cum animi dubius manerem,
Audacior tum redditus impetu
Verbi faúentis, non benè lubrico
Mentis metu, fenem fequebar,
Quo fua figna pedum vocârunt.

Ergo paramus ritè mora sine,
Iter reclinem pandere semitam-
Accingimur voto secundi, vt
Ambiguìs potiamur orìs
Rerum supinâ quas & amystide
Iuremus æuo progênie vago,
Perauspicato astro fauente,
Mobilium & paterarum humore,
Orsi cicadæ percita garrulæ
Arbusta cursum, vadimus: vt solet
Eurus celer, vel præpes oris
Corus Hyperboreis volare:
Campi natantes, & Zephyri seges
Horrere flabris; celsa cacumina
Nutare syluîs. fluctuumq;
Lambere littora nisus ingens,
Vel vt iubatis, esseda Belgica
Metam ad curulem, festa Deo Ioui
Soluendo Equis citis vehuntur,
Impositis tenero capistris
Collo lupatis atq; ferociâ
Superbientum perdomitâ focis
Vel ignis vt clarè corusci
Flamma micat, pereunte fumo;
Et mox bicornem, in Vortice turgido
Portam, sonantis murmure fluminis
Vartæ, refulgentem superbo,
Conspicimus radiare tecto

Constructa puro marmore Himettio,
Mirâ figurâ, qualis in omnibus
Terræ palatiis, reperta
Nondum erat vndiq; fortiori
Quàm par sit illi, clausa repagulo:
Vastæ catenæ, postibus inditæ:
Forti serâ occlusæ foresq; &
Nexibus atria vincta tortis
Quam non cohortes, Marte recludere
Fortes, cruento non numerosa plebs,
Nec, si Gias terris resurgat
Centimanus reserare posset.
At hanc reclusit claue Phereclea
Senex, Olympi, quam tulit è throno,
Vbi Deus suum locauit
Iuppiter, astrigerum sedile.
Illic morati nil penitùs, citi
Portâ relictâ vadimus: ac sonum
Audimus, intra aquas euntes,
Subsilientis aquæ strepentem.
Mirabar, vnda quòd Capitis super
Sicci nataret, garrula Verticem,
Et quòd natando non noceret,
Illa nocet siquidem, obruendo
Illum, subintus qui temerè quatit
Lymphæ procellas. tum plateam vitri,
Blandus senex decernit esse;
Quâ meliùs sine, crinis vdi,

Guttâ madenti, celsa palatia
Videre auentes, perueniamus ad
Metam viæ decurrimus quam
Sole dies referente longos.
Ibamus, ad quem nos animus locum
Noster vocabat, moxq́; palatium
Insigne constructum stupendâ
Ingenii arte, Minerua docta
Quam excogitarât, appropiat: later
Rubebat, ex quo tecta Palatij
Latè refuglebant, superbus
Et paries nituit colore.
Qui tum resultans, luxit in æthere
Clarè mi canti: candida limina
Huic ære surgebant, trabesq́;
Cum gradibus foribusq́; ahenis
Nexæ: lacunar margine eburneâ, &
Duris, columnæ, rupibus horridæ
Stabant recisæ: tum pyropis
Pegmata flammigeris, corusca,
Gemmâ, micabant & Garamantide.
Depicta, ab extra stemmata Principum,
Illustrium bello virorum, &
Signiferûm domuum trophæa.
Minerua Apellis splendidiùs, iubar
Quàm, dum comatum spargit in aera,
Ortus diei, splenduerunt.
At prope cum gradiremur ædis

Valuas, resultans, auribus obstrepit
Vocis iocantis, perplacidum, melos,
Lyræq; , buxiq; & remisti
Cum lituis, Cytharisq; sistri.
Quod audientes immemores viæ
Iniuri arum, quas tulimus choris
Fecit chelys lætos sonora
Cum fidibus litui, atq; plectra.
Transimus & cum limina Regiæ,
Prætexta, filis, cernimus aureis
Aulæa; pendebant superbis
Quæ parietibus: & virentis
Magnum Senatum Sarmatiæ: viros
Togis, & armis, quærere gloriam
Audimus, esse illi perennes
Mellifluo eloquio reposcunt,
At hi cruento, stemmata gloriæ
Victuræ in æuum, Marte sibi parant:
Vterq; votum fert salubre,
Pro Patriæ stabili salute
Eheu, fuisses si speculatus id
Mecum, nefandus num stupor ex eo
Regni Poloniæ apparatu,
Pectora non tua mancipâsset?
Ritu decenti, quis satis ordines
Auro corusco percreperos? quis &
Turmas, cateruæ longæ Equestris
Fulgure, dinumerare posset,

Geminæ, nitentes. quis sapientiam
Infusam Olympo pectoribus virûm,
Votis piorum pro salute,
Coniugis, & puerorum, & aulæ?
Quis peruetustum laudibus efferat,
Candoris illud conuenientibus
Exemplar inter nationes,
Quo ipsa Polonia gloriatur.
Videre multos fas erat illius
Viros cateruæ; FIRLEGIANA sed
Gens, principem locum tenebat:
Intonuêre suas per oras
Præclara cuius facta, quasi sonus,
Cælo dum ab alto fulminat, annuunt
His codices, quibus virorum
Militiâ literisq; clarûm,
Relicta, habentur nomina posteris.
Præsens & æuum, vocibus annuit
Consontientibus, per orbem
Dum celebrat sua gesta terræ
Certè reuoluas, si Historias super
Factis virorum, quas monumenta habent
Doctûm Camænarum: videbis,
Maius habere nihil Polonam
Gentem in Senatu, FIRLEGIA domo.
Smaragdus, vt pulchrè impositus, nitet
Clarus, coronæ: sic refulget
Sarmatiæ ista domus Senatu.

Locumq; in vnum, si lapidum suas,
Præstantiorum, conglomeres catus
Intus secretas passiones;
Experieris eas, Parentem
Vnîsse naturam facili modo,
Virtute cum alta & stemmate nobili
Prosapiæ istius celebris
Diuitias genij requiris
Hîc? tuta num conamina Patriæ?
Depræliantum, numne strategiam?
Scientiam num militarem-
Stratopedi stratiotam ouantem hic
Cernes petis num dogmata iurium?
Nō destituta his FIRLEGIANA GENS.
Testatur ille ille id Senatus,
Pulchra Polonia quo per orbem
Intaminatis fulget honoribus
Ex qua viri, de litibus, insolens
Plebs quas ciet sanxêre multa
Iudicij documenta suasit
Quod æquitas; huius fuerant boni
Voto Patroni, postposito, lucri
Torrentis instar quéis fluebant
Mellea verba, elegante linguâ:
Ceu Vlpianus consilio suo
Rexêre, vel ceu Lâertiades, gnari,
Regni Senatum: exorta si quæ
Dissidia (exitiale virus

Retum) fuerunt, ingenio hæc bene
Sopire nôrant: namq; aliis magè
Paci studebant hi tenaces
Iustitiæ, increpuêre sontes,
At innocentes pectore regio
Mulsêre blandi: flaua metalla non
Hi congerebant largiora
Sæpe monilia conferentes
Doctis: fouebant Castalidum sacras
Aedes, colebant quas studiosiùs
Ipsimet, vt docti iuuare
Hoc meliùs Patriam Valerent.
Quò Musa pergis. conueniunt metro
Non hæc iocoso: desine peruicax
FIRLAEIAS laudes referre, &
Ampla modis tenuare strictis
Concede munus Pierio sagax,
Vati, canoro qui modulamine,
Pangat Quirini more, carmen
Huic veteri domui venustum.
Viden? coruscâ, quàm niteat tuus
Virtutis almæ, nobilis orbitâ
HENRICVS Infulâ, Pedoq;
Stemmate Præsuleo reuinctus
Nil Musa mirum dicis amabilis;
A proprio nam stipite, non procul
Matura, decidunt sub alta,
Germina, quæ parit alma, pomo.

Hoc feriati aiunt pueri; hoc senes,
Suam ad Cathedram dum venit impigēr:
Lætatur ex quo plebs celebri
Agmine conglomerata Posnæ,
Pro quo fatigat eum precibus Deos:
Viuat beatus vt Pylios dies,
Quem cura tristis vt relinquat,
Pectore lætitiâ reuincto.
Lætatur inde vrbs Posnea, cum sibi
Acclamat exultans, vt ouans suum
Ouile Pastor administret,
Schismata vt Hæresis expietq́;
Lætatur ingens sacrificantium
Ordo, precatur tempora qui sibi
Longæua, qui lætum melosq́;
Pindaricis, recinit Camænis.
Et tota demum Sarmatiæ gemit
Tellus, refusis prædita gaudiis:
Viuente quæ se omnes in annos,
Purpureo, reuirescet æuo.

Stanislaus Zabinski
studios. Poes:

ODE

MONOCOL. MONOSTROPH.

QVem dic in occurſum dabo
currum Hoſpiti?
Quos tam celebri compara-
bo dic Equos,
Numeroſa turba Deûm? num Iachi Lyncibus
Vtar? volucri Euro citiùs an Tigribus
Currentibus? capiſtra per ferociâ
Domitâ, citæ quo leniùs deducerent
HENRICVM ad oras Sarmâtũ FIRLAEIVM
Florentem Epiſtatem ſtupendis dotibus.
Cybeleiane, Leonis dente temperem
Aeriſona fræna? per fluenta & nemora
Eſſeda vehens, Pompæ nitentis fulgure an
Dium triumphũ conſtruã? raucos ſonos
Gratæ tubæ, iuga per amœna & æquora
Virentiorum, graminum num perſtrepam?
Culmina mouens & taxi & orni & quercuum
Sùaue per melos honorem debitum
Antiſtiti præbere ſe vt ramis probent.
Proteruus an Dianam ineptâ haud prece
Rogem? velit quæ colla ceruûm præpetũ
Gemmis, & auro, falguranti iungere

Currui. Olympo quem parauit Iuppiter,
Donauit in amorisq; pignus intimum.
Hunc obuiam benigniori & Præsuli
Mittat suam quò celeriùs Posnæ occupet
Summo Cathedram, consecutus. Virium
Nisu. sed age Deûm iam turba, dic tamen,
Dubioq; confirmes anhelum, pectore.
Docere me cunctaris? illum qui choro
Faui tuo, plerumq; honoris promouens
Tui bonum; sentiis? an ludit me ita
Imago Vocis? ore quàm bonus tonet
Doctæ Mineruæ qui additus consortio,
Inter Deûm Monarchias vel maximas,
Tenet Curules, fulmine potens Iuppiter.
Ipse ego venio daturus prospera obuiam,
Octodeno præstantium Nymphûm choro,
Cætu & Camænarum nouem sublimium
Stipatus. aureo vectus qui & essedo,
Ducunt olores quod frementis Bosphori,
Vt auspicato HENRICE, cæli sydere,
Tuam Cathedram dulce scandas Corculum,
Hac cum Caterua opto fauens, & apprecor,

Adamus Lazwicki
Stud. Poet.

O D E

DICOLOS TETRASTROPHOS,

Et suscitabo mibi Sacerdotem fidelem qui iuxta cor meum & animam meam facies. 1. Reg. 2.

TErge iam tandem lachrymas, priore
Præsule orba Ecclesia pulchra Posnæ:
Quem tibi nuper rapuêre fata,
Falce recuruâ,
Suscitauit Cælicolûm SATOR iam,
PRAESVLEM rursus, tibi complacentem
Coniugem cui te dabit & iugabit
Pectore voto
Hæresis virus maledicta lectum
In viretis quæ Behemoth parârat,
In nigri sulcis Phlegetontis, vnco
Vomere scisis.
Dira non vnquam insinuabit: Hydras
Non feras: nec Gorgoneas Sarissas
Tendet in sursum, nimiùm minaci
Turgida vultu.
Excitauit namq; sibi fidelem,
Astra, qui pandit Dominus corusca,
Ordinum promptum ad placitum inistrum
Dexteritate,

Qui reget rectis populum institutis:
Pauperum luctus vigili suorum
Aure discernet lepidus quousq;
Lustra nouabit.

Ad pedes cuius cadet aduolutus
Arrius, verbo veniam precatus
Supplici malas humiles pilumq; in
Puluere verret

Comprimet Conamina qui potenti
Dexterâ Cæcorum hominum, & retundet
Excitant quos Tænarij Toparchæ,
Fænore lucri.

Expetent post, poplite qui reflexo,
Fluxili stillantia ponè tabo,
Illini per vulnera, conferenti
Vnguine vitam

Georgius Zemchlebowic
Stud. Poes

ODE
TRICOL TETRASTROPH.

Acceptus est Regi minister intelligens & iracundiam illius inutilis sustinebit Prouerb. 14

HENRICE, vernans gemma Poloniæ.
Promisse cælo: lætior adueni

Tuam ad Cathedram Poineansem.
Sit procul hinc mora: iam paratus
Est arte curtus Pegaseus tibi
Temone taxi: quem tua Atlantica
Fecêre rerum seriarum
Munera: quêis placuisse Regi
Prudens minister, dicit & approbat.
Acuum. hinc studebunt te, super & iuga
Terrarum, & alta istius orbis
Climata, Zodiaciq; gyrum,
Fauente fausto non sine sydere,
Efferre culto carmine posteri.
Cresces beatiore & æuo,
Clarisonæ nouus Hospes auræ.
Non id silebunt Acroceraunia,
Quæ concitato flamine præpetis
Cauri sonori, imo & Fauoni
Verticis vsq; super, sonabunt
Caput celebres, ingenij tui
Dotes: placebant quæ nimiùm bono
Regi, probâsti cum sagacem
Dexteriùs genium petenti
Hoc dicet Azan posterioribus
Seclis & annis: hoc Rodope niue,
Candens virenti cumq; lauru,
Thessalicisq; iugis reflexist.
Sacer Dianæ Cinthus & arduæ
Dumeta Cyrrhæ: hoc & violaceus

Thyrsis adornatus Casinus
Ductilibus. Numerosa plebes
Vocem, superbas per plateas dabit,
Credetis eheu: credite posteri,
Splendore quanto nunc, ad oras
Posneadum veniat decenter
Tractandus Hospes: brachia Cui procul
Pangæa ramum tendere gestiunt
Quercetа adorent vt volanti
Esseda fulgida, grande Pompâ,
Sublimè nôras Optime Præsul, vt
Ad culmen altum, perueniat diu
Quassatus anxiis procellis,
Quisq; virûm generosus: & sic.
Mouêre non te à proposito tuo,
Horrenda magnûm monstra negotiûm:
Quæ tu ac si Atlanticis lacertis;
Pectore forte leuare nisus
Es, sæpe nôras displicuisse tu
Regi potenti, qui piger esset in
Rebus gerendis, dum caueres
Impiger erubuisse factis.
Ergo secundis perge curulibus,
Bene ominatam mobilis aleam
Fortuna, & omni permanentem
Tempore, nunc tibi largiatur.

Accumbat omnis Posnea Ciuitas
Tibi supino poplite cum ioco:
Clientem Episcopam occupas dum,
Viribus impauidis regendam.

Nicolaus Gierkowski
Stud: Poes:

ODE
TRICOL. TETRASTRO:

Nec quisquam sibi sumit honorem sed qui Vocatus a Deo. Hæb: 5.

ARgutis tenerum Posnea nobilis
Plectris dulcè melos Cōcine Cōcine
Præclaro Hospitis almi,
Multùm stemmate gestiens.
Cāystri quale canunt ad fluuium vagum,
Cygni dulcisoni, & littora Bosphori:
Vel fortè vt Philomela
Idæ in Vertice floreo,
Quando melligeros, garrula prouocat
Vernâ Voce sonos: Ismarius vel vt
Longâ veste sacerdos,
Carmen septuplici metro
Facundus variat: quòd veniat tibi
Dignum, Mæoniis stemma palatijs,

Magni Præfulis; in quo,
Virtutis nitet orbita.
Cui, cum crescit honos prodigialibus
Sceptris, notificat lemmate Olympico,
Hunc non se sibi partum,
Illo auctore sed inditum,
Verbo Cunctipotens qui regit omnia:
Huic nam iusta bilanx, librat & indicat,
Qui sit dignus honore,
Solus quam digitis tenet.
Hoc ergo reuirens, Hesperidum virent
Hortis auricomis seu viridaria,
Per tot millia lustrûm,
Sospes quot tua postulet
Virtus viue: nites qua generosior,
Vt nunquam Phrygiis, compta nitescere
Sic talaribus, altrix
Possit Memnonis, integer
Amplas, sicq́, tibi diuitias Onyx
Donet, noctilucos vt lapides ferat;
Quos Tu lucidiori im-
pones Condalio Tuo.
Obstrictosq́; Tibi mente Academicos
Quorum perpetuò laus tua, nomen, &
Virtus ore sonabit,
Protector gremio foue.
Sis Sol, sis Clypeus, Præsidiumq́; sis,
Robur subq́; tuum, suscipe Palladem,

Lub anſcî cumulatè,
Structam, præſuleâ manu
Prauorum tacitos, comprime Tu dolos
Huic ſi fraude ſagax, inuida factio
Diſcet quando nocere,
Illi Dux bone ſis obex.
Linguæ Vipereæ ſibila dimoue;
Quando mortifero, dicta nefaria
Spirabunt medicata,
Ac ſi ſpicula toxico
Hæc, at te gelidus comminuet metus,
Auctore, exitium cum ſcierint ſui
Oris, mittere nobis,
Horrendum, mala toxica.
Grex hinc Palladius, robora dexteræ
Noſcet Præſuleæ: laudibus efferens
Admirabitur alti, &
Candorem, ingenii tui.

Ioannes Gierkowski
Stud: Poeſ.

ODE
DICOLOS DISTROPHO

Conſidera diligenter Vultum pecoris tui Hugo de Clauſtr.

PONdus, omnibus graue
Vitæ dieb9, Præsuli ferendũ
Dî leuate, nesci i
Vnquã fatigari: fauete læti
Pondus arduum bono
Armate mentis, scuto, amænioris.
Fulciat benigniùs
Vestrũ iuuamen firmum, vt auspicatâ
Sorte temperet, pium, &
Fidũ gubernans ritè CHRISTI Ouile
Pastor, vt gregis sciat
Vultũ, vicissim æquè suũ sciat grex.
Ne striges truces, sua
Rapacis Orci spectra iactitarent
Inter innocens pecus
Quod ille pascet, aureâ tiarâ
Vinctus, omni & in die
Augustiore, astro & fauentiore
Vox Cui sonet triplex
Grandi ore; suauis, dulcis, & præalta
Altiore credite
Contendet in surdum sùaue in ægrum
Dulce in exuens suâ
Se carne fluxâ, trauseunis æui,
Ergo perge tramite
Fausto, ad tuũ celebre Posnæ Ouile,
Dulce Præsulum decus,
Tuam micantis VARTA nunc metalli

Amnis irriget manum,
Quo diues, omne diffluens per æuũ,
Lætus integer Diis,
Hermumq; PRÆSVL Bosphorumq; ride.

Ioannes Oßes.
Stud: Poes.

O D E

DICOLOLOS TETRASTROPHOS,

Ego Dominus qui sanctifico eos Leuit. 24.

NON clarus Cytheron, non Helicon virens
Dumetis, Rhodope non violacea
Circũ est quæ solidis rupibus obsita
Mitrâ tempora Præsulis
Stringat: non Libiæ Pierides, licet
Lauro mellifluûm tempora vinciunt,
Vatum, pernitidis cum Soliis suis
Confingunt modulamina,
Plectris in liquidis: quæ Polycleteus
Pollex, Phydiaca exsculpserat & manus
Pulchro ex osse eboris, vel Berecynthiâ
Buxo, florigerâ arbore,

Non attentet id, & turba Quiritium,
Romæ belligeræ quæ Diademata,
Cum sceptris nitidis aurea, Cæsarum
Felici imperio dabat
Non quisquam penitùs deproperet decus,
Fulgens Præsulcum tangere: non Valet
Tangi quod manibus, puluere quas tepens
Soluit terra voracior
Id namq; officij nobilis artifex
Phæbi, luciferi, stelligeri & poli
Seruauit precium præcipuum sibi,
Frontes cingere Præsulum
Mitris auricomis. Ergo Caput tuum
Præsul Palladium erige, cum SATOR
Mitram sydereus sanctificat tibi,
Claro lemmate nobilem.
Quam gestans, Pylios, Consus honoribus,
Annos, Viue nepos: promoueas pios
Cultus, Hæreseos Vix superabiles
Rictus fortiùs opprimens.

Matthæus Offman-Stud. Poe.

O D E
DICOLOS TRISTROPHOS.

Lux gregis est flamma Pastoris Hieronym in Reg. Epistol 32.

IVbar vt Solis, ab imis ciet vmbras
Tenebrosisq; Cauernis: ita Pastor
Bonus, in quod, vagabundi gregis,
admittit Ouile,
Commeatus, nitido lumine lustrat.
Cauet hic ne scabies turpis adurat
Ouium corpora seu ne secet armum mala spina.

Videt, & Copia cunctis vt abundet
Viridis fruticis, ad se saturandas
Fame tostas, satientes, & in aruis fluuioli

Facientes melicum murmur: adustam
Abigat quod, tepido ex ore sitim, atq;
Maculosum lauet informeq; vell⁹, prope littus.

Timet, extrema sequatur medio ne
Vaga Campo, cum aliæ, septa reuisunt
Stabuli: gramina, & ignauius aut ne pigra car-
(pat.
Penitùs, fit gregis almi rutilans lux,
Candidi, Pastor amoris venerandus
Nitet amplæ iuba lanæ, micat & lumine Corp⁹.

Pecus HENRICE micabitq; tuum, quod
Vigilanti studio Tu irradiabis
Dabis & pabula, gignentia vitam, generosus.

Adamus Cikowski Stud: Poes.

ODE
TRICOLOS TETRASTROPHOS

SI quando prudens Melpomene, tuã
Peritè amænis Acroceraunibus.
Dulcem chelym, suauem lyramq;
Dextrâ agili tetigisse iuuit:
Inter canorum, si iuga montium
Melos, agrestûm, pangere contigit:
Si Cyrha Phocidisq; diues,
Carmine Threycio remugit:
Si suaue murmur, iuncta sororibus,
Dyrcæ susurans, fontis amabilis
Quondam Lyco Regi iugatæ
Connubio mulieris, alto
Discriminasti gurgite Smyrmei
Cantus remissio si modulamine.
Lauro virenti Delphicâq;
Cincta comã nitidam, Cybelles
Almone, lotas præpeti imagines,
Dîxti sonoræ, si Cytharæ modis:
Et amnis Amphrysi, reflexi,
Thessalicis famulantis agris,
Admeti, Apollo pauit vbi gregem;
Si prædicasti dulcia sibila:

Romani Araxem ſi bibentis
Spicula ſanguine tincta Pœni:
Huc ſiſtra, lætas huc age; fer lyras,
Huc plectra, raucas huc age; fer tubas,
Et quidquid vnquam, ſi Camænæ
Caſtalijs potuêre metris,
Huc omne, pulchrâ dirige dexterâ.
Per porticus & diſpoſitis choris,
Voces puellarum peritè,
Concine cum grege Muſicarum.
Nunc nunc, ad aurem ſparge volubilem,
Prædulce carmen, nomine tu meo,
HENRICO, Epiſcopam celebrem,
Poſneadum oreq; gratulare.
Viuat beatus qui Pylios dies,
Vitâ & ſuperſtes incolumis fugam,
Currentium annorum Volucrem,
Exuperare ſciat: precare:
Sanam eſſe mentem: in corpore non minùs
Sano. Galeſi diuitias ad hæc:
Largire abundè luculentas:
Fulgure & igniferos lapillos,
Vt grando nimbis deciduis ſolet
Gethum arua campis ſpargere; ſparge tu
Sic; liberali & mitte aceruo in
Aeriſonas nitidasq; Ciſtas:

Sortem beati Cæsaris offeras:
Pompeiq; magni da benôlentiam:
Donaq; liberalitatem
Dotibus egregii Cimonis
Dignus Midæ certè est opulentiâ:
Gazâq; dignus Perside: copijs
Est dignus & Cræsi: Falernæ
Dignus & vuiferæ racemis,
HENRICVS otâs Posneadum, bono
Qui scandit astro, quiq; negotiûm
Post difficultates, labore
Occupat has meritas Curules.
Celebre Cuius; tempore mobili
Nomen, Palestræ Melpomene sine
LVBRANSCIANÆ, nunc sonoris,
Nunc liquidis resonare rithmis.
Cesses prius nec, dicere nomen &
Laudes nitentis fulgure gloriæ,
Quam vere aues; æstu cicadæ,
Graminibus taceant resectis
Astris relictis Luna cadat prius,
Et Bruma messes colligat, horreis
Quas seruet aducctas crepanti
Compita per sinuosa plaustro
Prius timenti Mænalius canis,
Et terga fortis det lepori sua:

VARTÆ prius præceps fluentis,
Piscis anhelus ametq; sicca,
Obliuioni quam dederis, domo
FIRLAEIORVM prouenientia,
Immensa Virtutis præaltæ
Pignora: plurane Vis referre,
Musa at Poëtarum est iocus: hic nisi
Debere magnûm gesta negotiûm
Dici liquet: gratam futuram
Te tamen esse, Camæna fide.
Inepta stridens, sis licet & rudis;
Conspersa fædo, puluere nunc eras:
Sed liberalitate splendens
Præsulis efficieris, vsq;
Huc prona terræ plana per imaq;
Vilis iacebas: pulchra Virentibus
Veluti hedera nixa nulli
Crescere ad æthera Vasta thyrsis,
Nequit, sed altis applicita Esculis,
Proceræ & Orni summa Cacumina
Excedit & serpsit per imum
Quæ platano en similis Virescit
Sic Musa, qui te subleuet & tegat
Orbata: terræ in quisquilys iaces,
Ast nacta patronum fidelem,
Crescere ad astra studebis vsq;.

Franciscus Makowiecki Stud: Poes:

EPIGRAMMATA IN LEOPARDVM FIRLAEGIVM.

I.

INdia, quem pauit Leopardũ torrida ſcandit
Diuitis, hic faſces dogmate, Sarmatiæ.
Ornabat quondam Aemathiis, diuortia Campis,
Et Rodopes curuis, pulchra rubeta iugis.
Ex illo nunc ornamen Reſpublica, regnum,
Fulcimen, robur, templa, Senatus, habet.
Arrius exitium ſed grandi, & clade ruinam
Sentiet: & virus hunc ſciet eſſe ſui.

Stanislaus Simaczki
Stud: Poeſ:

II.

ESSE poteſt, in Septem vix Leoparde trione,
Inuicto te qui, vincere corde queat.
Infractâ Patriæ, toleras ceruice pericla,
Quem niti contra, nulla procella poteſt.
Non rarò proſtrâſti qui, Vngue Othomanida
Et pelle artrîſti, tela triſulca Scythes (dirũ,
Hæreſis, atteres fucata Zophiſmata diræ,
Et punges rictu, corda ſuperba fero.

Ioannes Omanski
Stud: Poeſ:

III.

ALta petis felix nimiùm Leoparde: decoro
Ascendis nisu,, dum super alta soli,
Alta soli super ascendis: subsellia quando
Vtroq; in statu, primus habere cupis,
Quid mirum? ingenuus cum sit Leopardus; vbiq;
Ingenio primum, nouit habere locum.
Hinc igitur procul esto, factis Hæresis atra:
Namq; Patronorun, es iam orba fauore tûũ

Hyacinthus Chorynski
Stud: Poes.

IV.

LÆteris meritò dimissis Posnea curis,
Exultans gratum, carmine pange melos,
Dulcisona, in lituis cum sistris metra, remistis.
Turribus excelsis, ingeminato tuis
Lætitiæ causam tantæ, sed discere poscis,
Lætitiam præstant gloria, suadet honos.
Lætitia est ingens Leopardi nobile stemma
Vrbi, cum mitra dulce pedoq; decus.

Stanislaus Brudzinski
Stud: Gramma.

V.

PRimores inter regni, Leoparde curules,
Scandens: augmentant mitra, pedūq; decus.
Miraris, procedat quod Leopardus inepto
Haud, terris prensans culmina tanta thoro.
Et teneat studium famæ, quòd, Corda nitentis,
Ac semper sit quòd, nescius esse piger
Desine mirari; ratio in promptu ima remitit
Scandere magnanimus qui studet alta super

Christophorus Zychlinski
Stud: Gram.

VI.

(tulisti
QVid domui FIRLAEORVM Leoparde
Ingenium, fasces, dogmata, robur opes.
Vnde domus cæpit FIRLAEORVM esse Ve-
Ingenio nulli, cessit adusq; suo. (tusta,
Et fasces inuicto, regni pectore portat,
Fulcraq; fert Patriæ, dogmate tuta suæ
Diuitias, Patriæ cumulatas Vertit in vsus
Non sua, sed Regni commoda mille petit.

Ioannes Grussewic
Stud: Gramm.

VII

AEthereis, Leoparde, an terrarum es satus Oris?
Haud scio: num Dauni Vertice spumifero?
Cur dubitem sed, quæris, de tua origine: causam
Non dico, pro se dicit at ipsa tamen
Aethereis? namq; æthereos conscendis honores.
Terræ? qiuppe Viges per loca Cuncta soli
Dauni Vertice? nam Daunus qui pauper aquarū
Vt tu Consueuit gignere magnanimos.

Constantinus Tawlowski
Stud. Gram.

VIII.

ANnoso ceruo nū te Leoparde potenti
Tygrydi an assimilē? Culmina dū alta petis
Illi; namq; veges, centenos transigit annos.
Huic; quia prævalidum, pectore robur habet
Horum te nulli: quamuis vtrumq; tibi insit;
Ceruus es annosus, Tygris vt atra veges
Expers es Leoparde necis, sed mortis, vterq;
Est horum Compos? quis tibi par igitur?

Chrisostomus Makowiecki
Stud. Gram.